

BLanda quies, noctis quæ tædia fallere docta es,
Et fessos artus ritè levare soles.

Ægrotis miseris frustra quæ sæpe vocaris
Ut vigiles noctes cumq; dolore trahant.

Ast ubi vel nimium lethæa papavera sparsit,
Vel Morpheus mentis somnia falsa dedit,

Omnia eunt pessum, res est & plena pericli;
Sic mortis frater mors simul esse potest.

Tu METI, Medici non ultima adorea Phœbi,
COMATE perdocto Te VIGILARE doces.

Nocturnâ, simul exemplaria docta diurna
Quando manu versas, Nobilis astra petis!

Cui labor est somnus sapiens, hunc deinde quiete
Præceos egregiè dulcis Hygea beat.

*Nobilissimo DN. CANDIDATO METIO,
Fautori, Amico ac Σωστήῳ suo pl. hono-
rando ita adplaudebatur*

GEORGIUS FRIDERICUS FRANCUS,
Argent. Med. Cand.



Quod nunc de *Morbo Vigili* thema suscipis illud,
Et *Vigilem & sanum* Te simul esse probant.
Maçte *Oculo Vigili*, grata Valetudine: nempe
Ex *Metio* quondam *Smetius* alter erit.

αὐτοχρηδία ἔστω π.

PAULUS Hofmann/
Med. Cand.

